

¹⁾ Richtig: St. Florin. Im übrigen dürfte es sich um Jakob (statt eines sonst nicht weiter bekannten Johannes) Clant handeln, der als Kölner Professor seit 1434 auf dem Konzil weilte; Keussen, *Stellung der Universität Köln* 248. Für seine Bedeutung zeugt, daß er seit Juni 1436 fortwährend Konzilsrichter war (Meuthen, *Rota*, Tafel nach 518 s.v. "Cla") und im April 1438 als Konzilsgesandter nach England gehen sollte, dann aber doch in Basel blieb; Schofield, *England* 98f.

²⁾ Doch stand der Kurfürstenbeschuß von 1438 III 17 (RTA XIII 216–219 Nr. 130, dort 218 Z. 12–15) der Exekution entsprechender Pfründenprivationen im Reiche entgegen; s.u. Nr. 349 Anm. 19.

1438 März 29, Basel.

Nr. 348

Konzilsprotokoll. Neuvergabe der Pfarrkirche von Bernkastel für den Fall der Privation des NvK.

Or.: SOLOTHURN, Zentralbibliothek Hs. S I 175 (s.o. Nr. 337) f. 43^r.

Druck: CB VI 210.

Erw.: Koch, *Briefwechsel* 29 Anm. 1; Meuthen, *Pfründen* 38.

In der deputacio pro communibus: Placuit, quod motu proprio conferatur ecclesia parrochialis in Bernkastel Treuerensis diocesis in eventum privacionis fiende de domino Nicolao de Cusa domino Iohanni Sleczinrode promotori sacri concilii.

1438 April 16, Basel.

Nr. 349

Francesco Pizolpasso, Eb. von Mailand¹⁾, an NvK. Über die erfolgreiche Arbeit des NvK zum Wohle der Gesamtkirche. Hoffnung auf baldigen Frieden in der Kirche. Nachrichten aus Basel. Grüße für Persönlichkeiten an der Kurie.

Kop. (letztes Drittel 15. Jb.): OPLADEN (vorübergehend), *Archiv Stammheim-Fürstenberg*, Hs. 27, 28 p. 257–260. Zur Hs. s.W. Kisky, *Ein Briefbuch aus der Humanistenzeit*, in: *Rheinische Heimatpflege* 7 (1935) 522–524; Koch, *Briefwechsel* 16f.

Druck: Koch, *Briefwechsel* 25–31 Nr. 1; Paredi, *Biblioteca* 219–224 Nr. 27 (nach Koch).

Erw.: Kisky a.a.O. 523; Koch, *Briefwechsel* 9 Nr. 18; Koch, *Umwelt* 9–12 und 17; Paredi, *Biblioteca* 54f.; Fubini, *Tra umanesimo e concili* 332f. (mit Auszug); Santinello, *Glosse di mano* 130; Krämer, *Beitrag* 52.

Die Abschrift bietet einen sehr verderbten Text (was im übrigen für die ganze Hs. gilt). Um die Rekonstitution hat sich die Kochsche Edition maßgeblich verdient gemacht; ihre Verbesserungsvorschläge sind im folgenden in der Regel kommentarlos übernommen worden. Die Hs. zeigt trotz ihres teilweise humanistischen Inhaltes keine humanistischen Schriftarten, sondern deutsche Bastarden.

Doctissimo utriusque iuris consulto²⁾ domino Nicolao de Cusa preposito, viro probatissimo et veneratu digno, fratri et amico preamando.

Gratissimum michi fuit, doctissime vir, frater et amice dilectissime, per tuam epistolam³⁾ cercior reddi, ubinam versareris queve te haberet condicio, postquam e Grecanis partibus revertisti. Prosequeris enim
5 bonum publicum fidei et ecclesie universe tibi que consequenter Grecorum lucrifacionem, quam non du-

Überschrift: Epistola reverendi patris domini F. archiepiscopi Mediolanensis ad dominum Nicolaum de Cusa sub dat(o) Basilee xvi aprilis anno millesimo quadringentesimo tricesimo octavo 3 reddi: redoli 4 revertisti: eversisti

¹⁾ Er weilte auch als Gesandter des Hg. von Mailand, Filippo Maria Visconti (s.u. Anm. 11), auf dem Basler Konzil und versuchte dort, die Konfrontation mit Eugen IV. zu verhindern.

²⁾ Auch sonst wird NvK bisweilen (irriger- oder übertriebenerweise) als doctor utriusque bezeichnet; vgl. Nr. 365.

³⁾ Bisher unbekannt.

dum magni faciebant, qui iam nichil pendunt et male; sed nec minus propterea elaborandum est, quin eo magis invigilandum, quo periculosior imminet necessitas ad regenerationem ecclesie ac fidei unitatem. Ad quod tu quidem pro tua virili⁴⁾ et operam tradis persona, industria et ore neque teris tempus, sed dispensas et expendis ad honorem dei verum. Non conflantur maxima parvo momento et sine labore. Rem dei amplexus es. Multos habes quos imiteris, principes spirituales quidem et temporales, qui iamiam excitare sese atque alios inchoarunt ad hoc, ne scisma generetur utque fiat una eademque ecclesia orientalis et occidentalis obviando nostris dissidiis et non respuendo Grecos. Ad quod sanctum opus sollicitandum, ceu te realiter sencio deditum, ut perseveres, exhortor, obsecro et obtestor te, N. mi. Nichil enim graciosius deo, nichil vel tibi fructuosius. Si modo Christum credimus, aggredi possumus quam propulsare scisma et unitatem queritare in sancta dei ecclesia atque amplitudinem fidei et Grecorum coniunctionem, qui numero fere 15 constituunt alterum orbem, nec debet res tanta deseri seu liquescere pro loco aut loci passione. Subiratum profecto reddet sibi debem, quicumque secus et minus christiane censuerit. Quare, prestantissime Nicolae mi, ut foris esto magno animo et spera, ymmo certum tene dei pietatem haud defecturam ecclesie et fidei sue, cum qua iuxta eius promissa erit in eternum⁵⁾, etsi nos homunciones vel paveamus conflictacionibus vel innitatur ad eas et adversus commoda nostra. Tria enim cernimus genera, ut pridem quoque scripsimus ad celeberrimum virum magistrum Iohannem de Monte Nigro nostrum⁶⁾: unum, quod non victoriam appetit, sed certamen; aliud, quod sub specie boni ad precipitium tendit; 3^m et horum numero rar*i*-us, quod pacem curat et exspectat, et hii demum succrescent et superabunt, sicut illud 'granum sinapis', quod factum in 'maius' super 'omnia olera'⁷⁾, ut inquit beatus Augustinus⁸⁾; 'veniunt volatilia celi' superbi similiter et requiescunt sub 'ramis eius'.⁹⁾ Ego quidem sub hac spe firma persisto in opi<ni>one, ymmo racione, qua semper fui neque eciam occultavi tempore periculosiori. Neque enim inde recedere sine anime preiudicio possem, cum ne <universitas> quidem rerum seu fortunarum aut sublimitatum vel dignitatum mundanarum anime alicuius equiparari potest.¹⁰⁾

Ad quod videmus iam ut principes laicos et eum, quem de scismate infamabant et autorem aiebant, principem meum¹¹⁾, per se primo excitatum pene omnes incendere, nec dubito omnes quippe in unam sententiam conventuros, quo 'fiet unum ovile et unus pastor'¹²⁾, quod spretis Grecis in orientali ecclesia fieri non potest. Eos igitur collucemur de<i> munere oblatos et partim quoque industria et labore tuis. 'Rethe' iacetemus 'in altum' in eius nomine, qui et verbo et exemplo docuit piscari 'homines'¹³⁾ et rethe impleri fecit 'omni piscium genere'¹⁴⁾, ita ut et omne hominum genus comprehendat nec pereant semper innumerabilia

6 minus: nimis 7 regenerationem: rem regracionem 8 virili: virili laudatur asperitas (*offensichtlich ist hier eine ehemalige Randbemerkung zum Brieftext bei einer Abschrift in diesen selbst gelangt*) teris: tener(is)
 9 expendis: expendas 15 sancta: sancte coniunctionem: coniuictorum 16 nec: ut 17 censuerit: consueverit 20 innitatur: invitatur quoque: quaque 22 vor appetit *getilgt* petit
 24 factum: sanctum 27 cum: cui 28 anime: omnes 30 incendere: intendere 33 verbo: uno piscari: piscari ad 34 omni: omnium pereant: peremat

⁴⁾ Zur Verwendung dieser Floskel s. Koch a.a.O. Anm. 4.

⁵⁾ Vgl. Matth. 28, 20.

⁶⁾ Der Brief scheint, wie sich aus G. Meersseman, *Giovanni di Montenero O.P., difensore dei mendicanti. Studi e documenti sui concili di Basilea e di Firenze, Rom 1938, ergibt, unbekannt zu sein; jedenfalls wird er weder in der bei Kaeppli, *Scriptores II 484f.*, aufgeführten Literatur über Montenero noch bei Kristeller, *Iter 1|11, genannt. Montenero weilte als Provinzial der Dominikanerprovinz Lombardia Superior bis Mitte 1437 in Basel und nahm, von Eugen IV. 1437 X 18 eigens aufgefordert, seit der ersten Sitzung 1438 I 8 am Konzil von Ferrara teil; Meersseman 41f. Vgl. auch unten Z. 92.**

⁷⁾ Vgl. Matth. 13, 31f.

⁸⁾ Möglicherweise aus den *Quaestiones in Evangelium secundum Matthaeum; PL 35, 1326 zu Matth. 13, 31.*

⁹⁾ Vgl. Matth. 13, 32.

¹⁰⁾ Vgl. Matth. 16, 26; danach die Textverbesserung.

¹¹⁾ Filippo Maria Visconti; s.o. Anm. 1.

¹²⁾ Job. 10, 16.

¹³⁾ Vgl. Luc. 5, 4 und 10.

¹⁴⁾ Vgl. Matth. 13, 47.

35 animarum milia gentilium et aliorum vel prorsus infidelium vel ydolatrancium aut dampnabiliter varian-
 cium a vere fidei norma, que ex domino salvatore nostro Ihesu Christo. A qua sententia et gaudio
 quicumque discrepaverit, inter oves suas annumerari nequit, quantumcumque nominetur christianus.
 Inani siquidem appellatione fulcitur, quicumque contrarius est sue denominationis operibus, ut qui bene
 loquitur et male facit, ymmo graviori dampnacione dignissimus, dum abutitur bono et operatur malum se-
 40 ducitque quoscumque incautos improba comunicacione benignitatis et vocabuli, eo dignior omni sup-
 plicio, quo splendidior quis est dignitate, potencia et maioritate quoque pontificatu sive preeminencia.
 Unde ego ipse pertimesco, qui non modo michi consulere, sed et errantes ad viam reducere pro dei potenc-
 45 amplianda, unitate ecclesie et reformatione instauranda fiant <ex> utroque unum conveniantque et pater
 patrum et omnes patres in locum ydoneum et securum omnibus et communem, secundum quod spero et
 sentio te facturum sentire, ne passione loci seu particularitate <.>¹⁵⁾ impensam ducentorum ducatorum
 tua devocione oblatores de proprio¹⁶⁾, ut ego te occultante michi sum digno relatu edoctus. Cog-
 novisti enim margaritam illud eiusque fructum ad subeundas vias plurimorum ex eo infidelium genere
 50 aucupandorum simul consulcius et efficacius modis variis ignotis christiano illius medio et astu<cia> ca-
 piendorum. Unde meritis es coronam, quam et ampliorem adquiras exspecto, ingentemque de te capio
 spem et fidem, ut non desinas prosequi, sollicitare atque impellere eo usque, donec pro virili tua finis desi-
 derandus christianis omnibus habeatur. Quod pietas divina dignetur efficere pro tua <actione> imploran-
 da, precibus assiduis devotissime et oracionibus insistendum est absque operum quoque intermissione
 55 continue.

Iamque habeo porcionem exoptate pacis conservate inter principem meum, Florentinam civitatem, comitem Franciscum¹⁷⁾, per quam divino adiutorio planior via paratur ad reliquos pacificandos, quo, ceu scribis, omnia melius dirigantur.

Preterea de privacione tua conquiescit metus iam post illum primum impetum reditus nostrorum e Con-
 60 stantinopoli, qui tunc proponebant adversus te collegasque tuos.¹⁸⁾ Accedat autem ammodo provisio in
 similibus et alioribus. Dominorum electorum sacri imperii <professionem> quam prudentissimam et maturissimam
 notam tibi non dubito ex protestacione per eos emissa tam pro responsione apostolicorum
 quam nostrorum legatorum, qui fuerunt ad eosdem dominos.¹⁹⁾ Novisti enim non omnes comminaciones
 procedere semper, eciam si facultas assit. Pii patres de consilio pietate et mansuetudine semper uti consue-
 65 vere, sicque sperandum est perseveraturos esse aut fore. Tu vero neque obscurus neque vulgaris censeris.
 Quod etsi magis impetatur, plerumque virtus excelsa fit et non deicitur semper.

Quid demum agatur apud nos, necdum ego satis capio neque molliri satis conspicio, qui duriores esse solent, cum tamen non crescat audacia ex tempore consilium sumendi sapiencius. Plurimum consideracio-

37 discrepaverit: discrepaverit christianus: christianos 42 ego: ergo 45 instauranda: iusta
 52 impellere *verbessert aus* implere eo usque: eosque 66 fit: sit 67 nos: nos hic de concilio (*wie oben Z. 8*) esse: essent 68 consilium: concilium

¹⁵⁾ *Längerer Textausfall. Der abgebrochene Satz ist sinngemäß zuende zu führen: "der Erfolg vereitelt wird". Der nächste Satz dürfte innerhalb der Lücke etwa begonnen haben: "Ich freue mich über" oder: "Ich bewundere".*

¹⁶⁾ *Zu den Geldforderungen der Griechen und den Finanzschwierigkeiten Eugens IV. s. Gill, Council 108f., 174-179.*

¹⁷⁾ *Über den Friedensschluß zwischen Filippo Maria, Francesco Sforza (comes Franciscus) und Florenz (in dessen Diensten Francesco als Kondottiere stand), feierlich verkündet in Mailand 1438 III 30, s. F. Cognasso, in: Storia di Milano VI, Mailand 1955, 325f.*

¹⁸⁾ *S.o. Nr. 337, 343, 347 und 348.*

¹⁹⁾ *Kurfürstliche Neutralitätserklärung von Frankfurt 1438 III 17; RTA XIII 216-219 Nr. 130. Koch, Briefwechsel 29 Anm. 2, weist darauf hin, daß die in der Neutralitätserklärung enthaltene Bestimmung über eventuelle von Papst oder Konzil eingeleitete Strafverfahren (si qua mandata, processus vel edicta tam ab ipso domino nostro papa quam a sacro Basiliensi concilio ad nos aut subditos nostros emanare contigerit . . . , nos . . . in sola ordinaria iurisdictione . . . sustentabimus) den entsprechenden Konzilsbeschlüssen gegen NvK die Wirksamkeit vorläufig genommen hatte.*

nis attulit vel consternacionis epistola scilicet domini regis Francie²⁰⁾ preter et contra nonnullorum expectacionem et desiderium, iam apud vos quoque, ut puto, notissima. 70

Commendo me reverendissimo communi domino N. sancte Sabine²¹⁾, de cuius integritate et prudentia multum spero, modo fides habeatur ei. Cupio ipsum et te bene valere ac ceteros. Tu vale in domino feliciter ac perge, ut cepisti, pro consumacione felici et grata deo non modo fidei et rei ecclesiastice universalis, verum et rerum et periculum imminencium, tue sancte conclusionis epistolarum memor semper, <quod> nunquam sanccius expendas etatem quam in hoc opere sancto. 75

Nonnulli opprimere te suggillant, quod in tua suprascriptione ad tuam nacionem²²⁾ omiseris 'in concilio Basiliensi' nudeque scripseris 'nacioni' et 'congregate Basilee', decano Lubicensi²³⁾ plane respondente nec aliter fieri potuisse, si inde ferri debuit littera. Ceterum ad succidendas publicas privatasque contenciones et repellendas mortiferas pestes ecclesie, quoniam secundum Ieronimum²⁴⁾ 'quosdam scimus, quod semel inbiberint, nolle deponere nec propositum suum facile mutare, sed quedam propria, que apud <sc> semel sint usurpata, retinere', hoc precipuum sectare, ut uno eodemque coniungamur loco, quo pax detur universali ecclesie, et illud Ieronimi senciamus²⁵⁾: 'Assensus est huic sentencie occidens, et per tam necessarium concilium a sathane faucibus ereptus est'.

Habemus cesarem²⁶⁾ nuper e celo clapsum et ex deo mirifice adauctum velut angelum pacis et iusticie, missum cum incomparabili unius potencia, cuius vita et mores anteacti prebent divinam spem cunctis vere 85 pacem optantibus. Ad quod et prememorati domini electores, patres reverendissimi et principes clarissimi omnisque demum Germania simul videtur intendere pro dispositionibus, quas videmus, viderique satis, qui volunt intelligere, ut bene agatur.

Si quid tibi librarie etc. partus es vel annotasti, expostulo fieri particeps. Divinum volumen epistolarum et opusculorum illustrissimi Ieronimi conscribi feci et facio duobus codicibus pertinere²⁷⁾ ac mangnitudinem reponend(um)²⁸⁾, ubi non dubito quondam inseri haud communia omnibus.

Saluta de Monte Nigro, saluta Thomam Zarsanum²⁹⁾, reverendissimi domini mei sancte C(rucis)³⁰⁾, cui me commenda humiliter³¹⁾, secretarium apostolicum Poggium saluta. Vale tu iterum atque iterum et semper in domino.

Basilee xvi aprilis anno M^o cccc xxx viii. 95

Per oratores autem illustrium et reverendissimorum patrum et principum electorum sacri imperii, petentes Romanum pontificem, tractaturos de compositione imminencium turbinum, ut pax et unitas in ecclesia dei habeantur, sicut predixi, per quos dirigo presentes³²⁾, intelliges rerum nostrarum et gerendorum condicionem.

69 consternacionis: conservacionis scilicet: sancta 71 communi: comiti cuius: cuis 76 omiseris: emiseris 77 nudeque: undeque 81 sint: sunt 82 Ieronimi: Ieronimus 85 prebent: probent 87 omnisque: omnesque 88 agatur: agatur postremo extrahet extra hoc (*wie oben Z. 8*).

²⁰⁾ Wohl sein Schreiben von 1438 I 30 (RTA XIII 176f. Nr. 116), worin er den Besuch des Konzils von Ferrara verbietet und auffordert, dem Basler Konzil treu zu bleiben. Verlesung des Schreibens in der Basler Generalkongregation 1438 III 30; CB VI 210.

²¹⁾ Kardinal Orsini; dazu oben Nr. 34 Anm. 4 mit weiteren Belegen.

²²⁾ Der Brief des NvK an die deutsche Nation in Basel wird sonst nicht genannt.

²³⁾ Nikolaus Sachow; hier wohl als Vertreter der deutschen Nation.

²⁴⁾ Dialogus contra Luciferianos c. 25 (nach Cyprian); PL 23, 189A.

²⁵⁾ Dialogus contra Luciferianos c. 20; PL 23, 183BC.

²⁶⁾ Albrecht II., gewählt 1438 III 18.

²⁷⁾ Nach Paredi, Biblioteca 224, vielleicht die Hs. MAILAND, Ambros. C 250 Inf.

²⁸⁾ Bedeutet wohl: "in seinem ganzen Umfang wiederherzustellen."

²⁹⁾ Tommaso Parentucelli, der spätere Papst Nikolaus V.

³⁰⁾ Kardinal Albergati.

³¹⁾ Koch ergänzt: secretarium, da Parentucelli Sekretär Kardinal Albergatis war. Da das folgende secretarium zugleich auf jenen wie auf den nachgenannten Poggio beziehbbar ist, erübrigt sich die wohl aus stilistischen Gründen unterbliebene Verdoppelung.

³²⁾ Es handelt sich um Abt Johann von Maulbronn, den Propst von St. Severin zu Köln, Heinrich von Erpel, sowie um Johann von Lieser und Gregor Heimburg. Sie langten in den ersten Maitagen in Ferrara an; RTA XIII 345 Nr. 174 und Anm. 2.